



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXXXII. Der Propst zu Gramzow verzeiht der Stadt Prenzlau, die ihn mit
einem Genossen gefangen genommen, die begangenen Gewaltthaten, am
21. April 1335.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

LXXXII. Der Propst zu Gramzow verzeiht der Stadt Prenzlau, die ihn mit einem Genossen gefangen genommen, die begangenen Gewaltthaten, am 21. April 1335.

In nomine domini Amen. Studiose agendum est, ut ea que aguntur seu permittuntur opere compleantur. Hinc est, quod nos Johannes, Dei gratia Gramzowensis ecclesie prepositus, cum consensu et consilio ac ex certa sciencia et bona voluntate Wynandi prioris nostri totiusque conventus ibidem, ad petitionem consulum ac tocius ciuitatis prenzlaw, ob reuerenciam domini nostri Iesu Christi et beate Marie virginis matris sue gloriose, sicut eis placitando permisimus, omnem injuriam ac violenciam et contemptum et omnia obprobria Deo et nobis ac ecclesie nostre et socio nostro Lvdolpho a tunc temporis consulibus ac defensoribus et eorum fautoribus consilio et auxilio irrogata, quantum nostra intererit uel interesse poterit in futurum, nunc consulibus et pluribus aliis nescientibus, ideo quod tunc consules, cum eorum fautoribus, nos vna cum nostro socio Lvdolpho captiuauerunt et ad ciuitatem prenzlaw perduxerunt, et nos ligauerunt vinculis ligneis et ferreis, nunc consulibus et ciuibus vniuersis dicte ciuitatis dimisimus et dimittimus per presentes, obligantes nos et successores nostros et ecclesiam nostram sine iudicio uel grauamine dicte ciuitatis predicta omnia in perpetuum seruatuos. Datum prenzlaw coram consulibus nouis et antiquis, scabinis et magistris omnium ghuldarum, Anno Domini M^o. CCC^o. XXXV^o. feria sexta infra octauas pasche.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

LXXXIII. Bischof Friedrich von Camin bestätigt einen in der Jacobikirche zu Prenzlau errichteten Altar, am 2. März 1336.

In Nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Fredericus, Dei gratia Episcopus Ecclesie Caminensis ad perpetuam rei memoriam; Cum a nobis petitur, quod iustum est, ordo iuris et vigor expostulat rationis, vt id ad effectum debitum perducamus quod tunc eo prompcius facimus cum in his cultum diuinum augeri conspiciamus, que libenti animo perhennando quantum auctoritate ordinaria possumus, confirmamus. Sane vidimus et audiimus litteras honorabilis viri domini Johannis de Steghelis pie memorie, quondam plebani in Premslaw, et discretorum virorum consulum ciuitatis eiusdem sanas et illesas super proprietate et libertate plenaria trium mansorum in campo dicte ciuitatis sitorum et pertinencium ad quoddam Altare beate Marie virginis constructum in Ecclesia sancti Jacobi ibidem per honorabiles viros Hinricum de Ghocowe, Presbiterum, et Hinricum Bismarcke, prefate ciuitatis eiuem, fundatum et dotatum, sub anno Domini M^o. CC^o. XCIX^o. quinto Iduum Februarij confectas et sigillis saluis dicti Plebani et ciuitatis Premslaw sigillatas, Item vidimus litteras discretorum virorum Consulum ciuitatis Prenzlau ante dicte super libertate exactionis et quarumcunque talliarum vnius Mansi, que Schot vulgariter nuncupatur, siti in campo eiusdem ciuitatis et ad idem Altare in Ecclesia S. Jacobi predicta erectum pertinentis: Quem vide-